

tatem acquirendam, immo ab ea longe distamus: vis inferenda est studiis nostris, ut ad eam perveniamus; sine gravi certamine, sine iugi vigilantia, sine plurimarum Victiarum successione, que pluribus laboribus comparanda sunt, sperare non debemus, futurum ut illam obtineamus; atque nobis stupor, & impatientia esset occasio, si inertia, atque otium, si vitium immo, atque scelus nos duceret ad Sanctitatem. Nihil æque difficile est, quam esse Christianum. Ab ipsa natiuitate peccatores sumus, atque studiis nostris rapimur, ut semper peccatores simus; putandumne est formam, negligentiam, oblivionem, cupiditatem, morem Mundi nos Sanctos efficere posse? Nisi Sanctos esse curabimus, nunquam erimus. *Fiant, non nascuntur Christiani, Sanctus Hieronymus ait. Idem.*

Baptismus est tamquam sigillum Dei, quo hic nos distinguit ab illis qui ad ipsum non pertinent & ex ipsius familia non sunt. Quicumque ex re illud constat fit, quicumque manu imprimatur, eandem semper in cera relinquit imaginem: Quomodo nam ex insula nota intelliges illud, vel aureum fuisse, vel argenteum, vel plumbeum? utrum ab aliquo nobili viro vel ignobili, a docto, vel indocto, a virtutibus prædico, vel sceleribus addito fuerit impressum? eandem semper imaginem exhibet, eadem lineamenta. Quicumque tandem ille fit, qui Dei nota nos signat, abluens baptismate; dummodo hoc præter cum illis cognitionibus qua sunt communes, & accommodatæ, & requisitæ, vere baptizatus sumus. Ergo si Deus tantam nobis adstruit facilitatem Sacramenti illius, quod est tamquam fatuus hostiæ fundamentum, licet nobis ambigere, an ille salutem nostram desideret? postumne arbitrari, ipsum ea nobis negaturum charismata quibus adeo inæstimabilis gratia succiendæ est? Magna profecto fuisseit Dei Misericordia tantum hoc beneficium conferentis quemcumque Ministrum elegerit, a quo Sacramentum hoc esset conferendum: sed non minimo favori adscribendum est, quod indiscriminata omni hominum generi licere voluerit, ut ex quovis hoc tantum boni reciperemus.

Cur cogitamus, cum JESU CHRISTI militiæ nomen dedimus, Sathane, ac pompis illius fuisse a nobis abrenunciandum; in omnibus corporis nostri partibus signum Crucis impressum fuisse, & Oleo Sacro nos inundatos fuisse; nisi ut intelligeremus nos jam esse Dæmonis servitute ereptos ad JESUM CHRISTUM spectare, sæculi gaudium non esse pro Fidelibus, vitam hanc pro nobis Crucis, & Passionis vitam esse debere; ad quas tamen cum merito, atque lætitia ferendas, dabit Dominus vires, & gratiæ suæ unctionem? Nequequam igitur scandalizamus, ubi hæc omnia accidunt nobis; nonne illa nobis expectanda sunt? Numquid illa distulimus nisi nobis tuam fecit? *In hoc positi sumus. . . . 1. Thess. 3. in hoc vocati estis. 1. Petr. 3. De Monnoret homilia in Oratione Ascensionis.*

Christianus per Baptisma Deo facer est, ac devotus; de servitute Dæmonis eripitur, ut fiat Domini possessio, qui illum apprehendit, & respicit tamquam suum, Christiani, S. Petrus ait, homines sunt; quos sibi elegit Deus quamdam regalis Sacerdotii speciem constituentes, & qui Sacerdotes simul & victimæ sunt; gens Sancta; populus acquisitionis, pro quo acquirendo Deus novissimam utque sanguinis sui guttam effudit. Ad hæc Christianus Sanctus est per sanctificantis gratiæ infusionem, & quod magis est per infusionem ejusdem principii, videlicet Spiritus Sancti. Has omnes certissimas veritates suppono, ut hinc arguam, fidelium peccata multo graviora esse, quam Ethnicorum, ideoque illos eo gravioribus supplicii puniendos, quo ad majorem dignitatem evedit fuerunt. Hæc ratio est discretissimi Salviani, qui in hoc argumento vius est triumphasse. Liguudo constat, ait ille, quod sublimior est hominis status, eo majora illius esse flagitia: *criminosior culpa est, ubi bonior status, & quo majorem dignitatis gradum obtinet, qui se se mancipat vitis, eo plures enormitatis gradus ejusdem peccatis inesse: si honorator est persona peccantis, peccati quoque major invidiæ. Joly. propositione pro tertia post Epiphaniæ Dominica.*

Sæpe in mentem revocanda sunt ea, quæ pro nominis die bis acta, transactaque sunt ea die, qua sacra Barba unctum primatis unda sumus abluti, quæ quidem fuit dies

adoptionis nostræ, nostræque Spiritualis regenerationis. Hæc præterit dies, o fratres, & quoniam veterum memoria repetit obligationes, quas tunc contaxistis, ut per vosmetipsos faciatis, quod aliena fuit voluntate peractum & ore alieno promissum? Sanctus profecto mos est, eas passim iterare promissiones, ut Religionis Spiritus resuscitet, & nosmet eidem penitus addicamus. Cum infans ad fontem ducitur, filius est tenebrarum; at ubi baptismatis gratiam recepit, filius est lucis. Quamobrem S. Dionysius hoc luminis Sacramentum appellat, & S. Paulus scribens ad Ephesios alludens ad ea, quæ baptismatis eorum die contigerant, hæc habet: *erat in tenebris, nunc autem lux in Domino. Si sciveritis, fratres, quantum in vobis facta fuerit immutatio post baptismi diem, vobis stupor incederet: antequam lustralibus undis ablueremini, eratis tenebræ atque caligo; modo vero cum Sacramentum hoc recepistis, omnino immutati estis, atque inherentes Divino Verbo, quod lux est substantialis, facti estis filii lucis; Idem sermone pro die Purificationis.*

Christiani vocatio juxta Dei mentem est vocatio ad Sanctitatem, & obligatio ad acquirendam Sanctitatem per gratiam sibi in Baptismo collatam: quæ quidem fons est omnium Spiritualium benedictionum, & quæ tamen plerumque nihil pendit. Quis enim ut languentem fidem rursus excitet illius originem reputat? quis vitæ hujus prosperis modestè gaudens remittitur felicem illum sibi fuisse diem, quo Dei filius factus est? quis, ut melius intelligat, ac severius puniat, suam erga Deum severitatem, vel revocat in mentem, vel instaurat promissiones suas? Nomen Christiani gerimus sine ulla consideratione, & sine merito. Nobis hoc privilegium Parentum nostrorum pietas promerita est, quod tamen religio nostra minime sustinet; innocentia, quam sibi recepimus, vigilat, donec per ætatis infirmitatem nobis peccare non liceat; mox affectus animam nostram occupatur. Mundi Spiritus prævaluit, ex quo per ætatem nolmet regere potuimus, & fideles esse delinimus statim ac rationis participes facti sumus. *Fleebier sermone pro die Omnium Sanctorum.*

Christianorum Baptismus longe alius est a Judæorum Baptismo, quemadmodum Sancti Zeno Veronenis animadvertit. Judæus, qui secundum Apostolum, in maris rubri transitu fuit quodammodo Baptizatus, non fuit aquis illius madesfactus. Sicco pede semper incescit, promissa terra finis erati itineris sui, illa semper ob mentis oculos obverari debebat: sed in Christiano baptismate, in quo facti sumus filii Dei, aquis abluiamur. O admirabilem Piccinam! ubi omnia terræ objecta cum quadam subversionis specie videntur; abrenuntiantur vitæ peccati, ut gratiæ vita vivatur; homo verus exiit, ut homo novus induatur: neque licet ultra mundum sequi nisi iuramentum suum infringatur. *F. S. D. L. V. Religio Carmelitæ actionum Christianarum tomo 4.*

Cum in hac vita nullum sit bonum defectus aliquis immixtione minime corruptum, neque ulla conditio adeo præstans, cui nulla calamitas inest; dicere possum nobis accidere tamquam illis, qui sunt divites a natiuitate: qui quia minime norunt, quot laboribus opes fuerint congestæ, ut plurimum sunt magis prodigi, quam qui laboribus suis divitias accumulaverunt. Similiter quia nobis Baptismi gratia collata fuit, quin per ætatem eam postulare possemus, & christianorum religionem nadi sumus quin illam quaereremus, pretium illius nequaquam cognoscere videmus; & paucissimi sunt qui diligenter incumbant, ut hac gratia, uti est opus, utantur. *Pater Terentius sermone pro feria sexta hebdomadæ primæ in quadragesima.*

Sanctus Chrysostomus ait, quod est Matris sinus ad efformandum pueri corpus in prima illius natiuitate, hoc esse Baptismum ad efformandum Christiani spiritum in secunda regeneratione. Vel uti ait Sanct. Leo Serm. de Natiuitate. JESUS CHRISTUS in Sacro Baptismatis fonte admirabilem posuit fecunditatem illi quodammodo similem, quam Beatissima Virgini Sacri sinus recepit a Spiritu Sancto: *Christus originem, quam semper in Utero Virginis, posuit in fonte Baptismatis. Maria fecunditas Salvatoris parit, Sanctus ille Pontifex inquit; & Baptismi fecunditas parit fideles: æternæ salutis destinat; illa prædestinatorum principem, hæc membra Mythici corporis JESU CHRISTI producit, eique fratres attribuit. Dedit aqua, quod dedit*

est revocanda.

Differencia inter Christianorum, & Judæorum baptismum, de quo loquitur S. Petrus.

De regeracione que fit per baptismum.

Matris; obumbratio Spiritus Sancti, qua fecit, ut Maria pareret Salvatorem, facti, ut regenerer. Unda credendum, quod Spiritus de intereratæ Matris Visceribus nascitur Christus, hoc de Sanctæ Ecclesiæ Utero nascitur Christianus. Idem.

Mihi credite, fratres, idem Sanct. Leo inquit, hoc donum, de quo loquimur, omnia exuperat dona, nihilque majus concipere possumus, quam gratiam hanc, quæ efficit ut Deus hominem filium suum vocet, & homini integrum sit, Deum Patrem suum vocare: *omnia dona excedit hoc donum, ut Deus hominem vocet filium & homo Deum nomen Patrem. O summam honoris amplitudinem Sanctus Augustinus Tract. 6. in Joan. ait, quod adoptivus destinatus fit; ut ibi fit, ubi filius unicus, & naturalis; ut quavis eidem minime fit par divinitate, illius tamen sit socius, atque Cohæres in æternitate! Quinam honor, hujus adoptionis virtute coronæ ejusdem participem fieri, eandemque felicitatem possidere! Attamen nos miseris! quam pauci fideles sunt, qui hæc gratiam intelligant, quandoquidem adeo sunt pauci, qui cognoscant ea, quæ Deus sibi præstitit beneficia, cum ipsos Christianos efficit! quam pauci sunt, qui S. Ludovici sequantur exemplum, qui majori habeat in pretio honorem, quem receperat factus Dei Filius per Baptismum, quam gloriam, qua fruebatur tanquam Regis Filiius atque legitimus florentissimi Regni successor? Quot sunt Fideles, qui sanguinis sui nobilitatem noxia ambitione repugnet, qui Majorum suorum gloria intumescant, & qui fallacibus genealogiis suæ sobolis dignitatem commendat? Sed quotusquisque cum gaudio meminit, se quem Christianum divinam jactare posse originem, se JESU CHRISTI fratrem esse, & si voluerit, gloriæ ejusdem cohæredem?*

Quid est esse Christianum? hoc jam superius dictum est. Est autem esse Filium adoptivum Dei, & membrum corporis mystici JESU CHRISTI. Nos vero quatenus Filii nonne tenemur gestare in nobis vestigia similitudinis, quibus Patrem nostrum exhibeamus? *Imitatoris Dei esse, sicut filii Charissimi. Ad Ephes. 5. Quatenus autem membra Filii Dei, nisi velimus decorare caput nostrum, & esse mystico illius corpore monstrum efficere, nonne vivificari debemus vita gratiæ ipsius, & quidquid agimus, per ministerium sui Spiritus agere? qui dicit, se in ipso manere, debet sicut ille ambulavit, & ipse ambulare. 1. Joan. 2. O Christianæ Religionis Officium, quam male intelligeris! Idem Pater Terentius.*

Meminerimus nos in Baptismo factos fuisse Christianos. At, amabo vos, quidnam est, hoc esse Christianum? Sane est, profiteri fidem, & legem JESU CHRISTI: quod satis, superque est, ut hac in re pudore, & confusione suffundamur. Hæc fides, atque hæc lex profecto Sanctæ sunt; profitemur amare velle Deum ex toto corde nostro, & proximum tamquam nosmetipsos; hanc amplectimur morum disciplinam puram, ac sublimem, quam docet Evangelium, virtutem hanc heroicam que nihil carni, aut sanguini tribuit. Agnoscitis JESUM CHRISTUM pro Magistro, ejusque doctrinam vos secutores polliciti estis. Attendite illis officiis, quæ instituti vestri ratio ex vobis exposcit. *Idem.*

Legimus in historia, quemdam Carthaginensis Ecclesiæ Diaconum propter fidem in carcere positum, cum summo animi dolore didicisset adolescentulum Christianum nomine Elpidophorum, quem ipse lustralibus Baptismatis aquis abluerat, Christianam abdicasse religionem, ut ad Veterem Idololatram revertetur, cumque sibi illum convenire minime liceret, ratum fuisse ea die, qua ipse ad Martyrium reperetur, quod supplicium spectari convenisset, futurumque, ut tunc eundem exprobrare sibi integrum esset. Cum igitur mortis lux dies advenisset, pallio suo textit vestem albam, qua Elpidophorum in Baptismo vidisset, hanc illi ostendit vestem dicens: *hæc sunt linteamina, quæ te accusabunt, dum majestas veniet iudicantis. Verba hæc tanta vi prolata fuerunt, ut adolescens perterritus dæmoniaci instar, & spumas, & ululatus emitteret. Proh summi adeo poterat peccatorum confundi, quid tandem fiet, cum auribus accideret JESU CHRISTI vox ingratitude, atque infelicitatem no-*

Propter receptionem baptismi tenemur Filii Dei virtutes imitari.

De his, qui fidem in baptismo susceperant adheerere.

fram exprobrantis? quid respondebimus, ubi nos ille redarguet, quod Baptismatis nostri juramenta persequimus, & omnia huius Sacramenti Charismata nihil duximus? *Idem.*

Altera hæc natiuitas, quam Christi fidelis recipit in Baptismo, & per quam fit Filius Dei, mysterium est omnes humanæ rationis conatus excedens. Non solum legis doctor Nicodemus obstupuit, ubi JESUS CHRISTUS ipsi ait: oportet nasci denuo: sed illi ipsi, quos JESUS CHRISTUS de hac natiuitate magis peculiariter erudit, difficultatem invenerunt in intelligenda hac gratia, quam Deus nobis voluit conferre. Hac de causa S. Augustinus in primum S. Joannis caput animadvertit, Evangelistam ibi de tribus inestimabilibus mysteriis agere, quæ ultra, citroque sibi conferunt lucem, & auctoritatem. Primum est æterna Verbi generatio in sinu Patris; alterum est temporalis Verbi generatio in sinu Matris; tertium est Spiritualis fidelium generatio in aquis Baptismi. Prævidens enim S. Joannes non defuraturam in hoc credendo difficultatem, huic hominis regenerationi auctoritatem ex regeneratione difficiliori conciliat: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Joann. 1. Quid miraris, Sanctus Augustinus ait, quia homines nascuntur? attende ipsum Deum natum ex hominibus. Idem sermone in diem Pentecostes.*

Animadvertendum est prudens discrimen, quod Apostolus inter primum, & secundum Adam apprehendit: *factus est primus homo Adam in animam viventem; novissimus Adam in Spiritum vivificantem.* Cum primus Adam de limo creatus est, Scriptura docet, ipsum animam viventem, hoc est, immortalem recepisse; sed cum Adam secundus in Mundum venit, non solum pro se viventem attulit Spiritum, sed vivificantem, aliis etiam vitam conferentem, hoc est mirabile illud carnis, spiritusque commercium, quod in JESU CHRISTI persona factum, ait Sanctus Athanasius. Voluit Dei Filius a nobis carnem recipere, ut nos ab ipso Spiritum reciperemus. *Idem P. Terentius.*

Aliquandone cogitatis eam charitatem, quam Deus effudit in cordibus vestris, vobis facultatem præbere voluit intima unione cum Deo conjugendi? Verene Christiani sumus, videlicet cum Christianæ religionis nostræ cognitione? Christiani quidem sumus; quia sacro summo regenerati Baptismate, quia in Ecclesiam ingredimur, quia Missæ adstantis sacrificio; & extrinsecis quibusdam cæremoniis perfungimur: verum adestne nobis Christianus intellectus, Christiana voluntas? cogitamusne, ratiocinamur, diligimus ut Christiani nos decet. *Idem.*

Sanctus Augustinus libro de Civitate Dei post auctorem propheta nescio quem, animadvertit, præteritorum seculorum Heroes divinam iactare consecuisse originem, & hanc opinionem licet confictam illis nihilominus profuisse: *ut humanus animus velut divina stirpis fiduciam gerens res magnas aggrediendas præsumat audacius, agat veementius, & ab hoc impleat ipsa securitate felicitas. Vanitas, Phantasma, Illusio; non diffiteor: sed si hæc fide, atque commentitiæ dignitatis fides in animis Principum adeo valuit, quem sensum hæc fidei veritas in Christi fidelis animo statuta inspiraret? Sum Filius Dei, & aliquando universum Dei Regnum possessurus. Hoc olim argumento Patres utebantur, & illud suggerabant iis, qui lustralibus aquis abluabantur. *Idem.**

Sæpius me ipsum interrogare debeo, ubi est fides mea, ubi Sanctitas vitæ meæ? quinam Christiano homine digni sensus? quinam fortis, ac firmus, constans, & generosus animus sanctitate vitæ divinam situationem in baptismo receptam decorandi? Quæ igitur? quæ negligentia? qui contemptus pro illo, quem Patrem nostrum fateri debemus! Quam jute postet ille veterem instaurare querelam, qua olim per Prophetam suum dolebat, filios evitrosi, & exaltavi, ipsi autem spreverunt me! Illis vitam contuli, & natiuitatem, illos eo utque exaltavi, ut fierent meæ essentæ participes; sed pro mensura fidei suæ nihil nisi negligentiam, atque contemptum erga me nutritiverunt. Et sane quænam gratitudo, quænam observantia, amor, cura, sollicitudo vobis inest, ut illi placearis? tandemam ipse cognoscere potest vos ipsos esse filios? *Idem.*

Quamvis concupiscentia in naturam quodammodo migraverit, atque peccato tantas vires ad-

Quomodo communi cavit Deus nobis Spiritum.

Cogitatio hæc, quod in summo Dei Fili nos ad ingentia debet impelleret.

Cur concupiscentia ad peccata diderit.

BIBLIOTECA CENTRAL

Quoniam conditione non in Baptismo te respicit.

Sæpe Baptismi die bis acta, transactaque sunt ea die, qua sacra Barba unctum primatis unda sumus abluti, quæ quidem fuit dies

post Baptismum remanet.

diderit; nihilominus Deus illam in anima fidelium relinquit post Baptismum ad virtutem eorum exercendam, infringendamque superbiam, atque ut infelicitati suae memoria semper ob oculos eorum praesens versetur. In aereo innocentiae statu, virtus homini naturalis erat adeo, ut nulum obicem inveniret: ille cum voluptate, quod optimum est, operabatur, & operis difficultas non metiebat meriti magnitudinem; affectus rationis patebant imperio, sensus fideles erant spiritui, & corpus non alios, quam animae suae, motus sequebatur. Pietatis exercitatio nondum erat certamen, neque continentiae, & fortitudini praelia sustinenda erant, ut referrent victorias. Ita fatendum est, si homo plus quam nos quietis habebat, minus gloriae habuisse, quam nos; ac si majori dulcedine perfruebatur; non sperasse tantam remunerationem. Hodie enim totus vitae nostrae curriculum iugis est palæstra, & iuge certamen: omnes virtutes nostrae austeræ sunt, atque hostibus circumseptæ. Ut praeliaremur, per Baptismum Christianæ militiæ dedimus nomen; Christum duces nos sequi oportet: sed meminimus hanc propensionem in malum, domesticum hunc inimicum, æternam hanc rebellionem, quam excerpimus, esse prætorum atque triumphorum notarium materiam. *Pater Semasus Presbyter Oratorii sermone 9. de homine Criminoso.*

Quidnam eras ante baptismum tuum, & quidnam post gratiam baptisimam? ante baptismum eras sub Demoni potestate, per baptismum inde evasisti; ante Baptismum interclusus tibi erat regni caelestis accessus, per Baptismum legitimo iure accessus ad illud tibi reformatus est; ante Baptismum servus eras, & per Baptismum ex hac ereptus servitute, ingressus es libertatem filiorum Dei: ante Baptismum in errore, & peccati confusione verfaberis; per baptismum superiori lumine illustratus es, & gratia: non liber solum, sed Sanctus, neque Sanctus solum, sed filius Dei, & JESU CHRISTI Cohæres. Quomodo autem & qua ratione repente factus es a Deo magnus? non aliam equidem inveni, nisi meram, gratuitamque Dei misericordiam. *Morale Dictionarium sermon. 1. de Christiana Religione &c.*

Vocati sumus ad Christianam Religionem forte, hoc est beneficio, quod nequaquam meriti sumus, Apostolus inquit; fors enim non pendet ab ulla electione, neque ab eorum merito, in quos cadit. In sorte nostræ ad Christianam Religionem vocationis, nullum jus obtinemus præ rotinidelibus populis, qui in erroribus suis, in idololatriæ abominacionibus jacent demersi. Die eadem, eodemque momento, quo ad Baptisimam fontem JESU CHRISTI facris initiati sumus, quot puerorum Myriades hac gratia caruerunt? Quos cecidit super nos, atque ita voluisti Deus meus? hac in re longe aliter ab illis qui mittunt sortes in hominibus, ex quorum voluntate non pendet, ut sortes super eum deciderint, quem maluit. In manibus tuis sortes nostræ fuerunt; sed illas, quemadmodum tibi placuit, disposuisti. O nos felices, quod super nos ceciderunt, & tu voluisti, ut in partem sortis Sanctorum tuorum ingrederemur! *dignos vos fecit in partem sortis Sanctorum. Idem.*

Si, ut Christianus esses requiretur solum Baptisimam promissiones proferre; si sufficeret extrinsecas quibusdam religionis officii pertungi, revelatas credere veritates, illis acquiescere, quæ Catholica Ecclesia tanquam articulum fidei proponit, mente etiam putate, fidem cum vite periculo esse tuendam; audeo dicere verorum fidelium numerum tam magnum futurum, quam est exiguus: licet archa sit ad Cœlum via, plurimos tamen illic ingressuros; nullam futuram sedam vel latius diffusam, vel numeribus suis rite obendis nostra hac fidelitatem: sed reputans hanc Christiani qualitatem a nobis prope infinita exepere officia, & pro gratia nostræ excellentia excellentes in nobis virtutes requiri; contremisco equidem, & causa vestra, & mea, cum in Arca Noe pauciores inveniam homines, quam bruta, & in Ecclesia pauciores vere fideles, quam pseudo Christianos. *Idem.*

Baptismus, quipso Christianos efficit, ex S. Gregorii Nazianzeni sententia, vinculum est, quo JESU CHRISTO conjungimur, & quo hospites efficiuntur super terram; est nostræ servitutis liberatio ubi catena infringuntur, ut vere libertati restituantur; verbo, & præstantissimum donum Dei, & Sanctissima lucis ejus effusio. Hæc Chris-

Gratia ad Christianam Religionem non sufficit illum baptizari posse.

Ut quis vero Christianus sit, non sufficit illum baptizari posse.

tianismi gratia variis nominibus appellatur profanum, quos proferit, variatæ. *Donum:* Nobis sine ulla meritis confertur. *Baptisimus:* Animæ nostræ fordes abluntur. *Unctio:* Ibi Sacerdotes, ac Reges inunguntur. *Illuminatio:* Invisibilis claritas sese super animas nostras effundit. *Vestimentum incorruptibile:* Nostra infirmitas, atque nuditas tegitur. *Signum, & Character:* ad Deum spectamus, & hoc est signum ipsius in nos dominationis. Cum hoc Sacramentum offertur, letatur Cœli, & solemnitate eo majori cum gaudio celebrant Angeli, quo magis ad illos accedimus per eam gloriam, quæ nobis communicatur. *Idem.*

In Baptismo renovatur homo, ut inquit S. Gregorius Nazianzenus. Ibi quodam veluti universali diluvio omnia peccata nostra submerguntur: ibi fordes, quas originis nostræ vitio contraximus, eluuntur: cumque duabus confensum partibus, altera quidem visibili, invisibili altera, corpore videlicet, & anima; quod præstitit Deus? Voluit illis, duobus in Baptismo respondere, a quam, quæ visibili, & naturali ratione adhibetur, & Spiritum, cuius virtus effectum suum spirituali, atque invisibili ratione producit. Quod facit extrinsecus aqua, hoc intrinsecus facit Spiritus; aqua corpus abluit, sed Spiritus Cœlestis animæ tribuit opem, qua indiget, eo in statu, in quo reperitur. *Idem.*

In mundo hominum plerique putant, Christianismum in quibusdam ceremoniis consistere, quas Religionem appellant; & ea omnia, quæ imponit, manera, non esse omnino fidelium qualitatis essentialia. Religio vocatur usus quidam peculiaris, qui quotidie summa fide adimplentur, cum interim reliqua negliguntur; ad hæc non est Religio, illuso est. Christiani hominis officium est, virtutes exercere omnes, eas vero præferentiam, quæ sunt necessariæ statui suo, atque vitionum, affectuumque omnium excidio. Passim divinis iteris officii, singulis mensibus sacra Synaxi te recreas, quotidie erogas elemosinas: bonum est. Verumtamen si nihilominus utor es, iracundus, ambiciosus, invidiosus, maledeus, extimam tantummodo Religionis obtines superficiem: dicamne? Vere Christianus non es. Ea non fiunt, quæ facere tenemur, & nihilominus exteriorem religionis speciem indimus fortasse, ut aliquo potiori iure alios corrigere valeamus. Hoc velum est, sub quo tuto latet vitium, & frugis sit privilegii virtutis; sed quod religionis caput est pro inani specie relinquunt. *Desumptum ex Christiani sermonibus tom. 2. sermone pro secunda Dominica post Pascha.*

Fidelis consideret oportet statum suum, tantamquam statum mortis, qui Cœli quidem viam sibi aperit, Mundi vero claudit. Et sicuti primus homo de terrestri Paradiso egressus illic reverti non potuit eo quod Cherubim a Deo in illius janua positus aditum prohibebat; ita diversa ratione, sed prorsus simili effectu cum Christianus per Baptismum a Mundo recesserit, qui est hominis terreni Paradisus; Deus illum eo reverti non vult, neque cogitatione, neque affectu, actionibus vero multo minus. Potest quidem corpus ejus esse in terra, sed anima illius esse debet in Deo, qui uni vacare debet. Reminisci debet verborum Apostoli, seu vivimus, seu morimur, quidquid facimus, Domini sumus. *Auctor idem sermonis pro quarta Dominica post Pascha.*

Christiani hominis sacro Baptismate abluti hæc prima obligatio est, mori cum JESU CHRISTO, hoc est, in terrenis omnibus se tanquam mortuum putare, qui nullam amplius obtinet partem, nulloque fovet terre sensus; indiscriminatim mundi hujus, & bona, & mala respicere, & nihil magis quam mortuum affici, sive bonum, sive malum aliquod corpori inferatur. Ideo considerandum primo est, quam alta perfectio sit hic rerum terrenarum contemptus, & quam pauci sint, qui vere mortui sunt iis rebus omnibus, quæ Deus non sunt. Hæc tamen perfectio est, ad quam fidelibus omnibus contendendum, quippe quæ religioni suæ est essentialis; quandoquidem ubi per Baptismum religionem JESU CHRISTI sumus amplexi in hoc potissimum Baptizati sumus, quemadmodum S. Paulus ostendit: *quicumque Baptizati sumus, in morte ipsius Baptizati sumus, ad Rom. 6.* Debemus ergo verum fore desiderium satisfaciendi huic muneri quantum in nobis est, nisi quantum

De hominis renovatione per Baptismum.

Fidelis statum suum considerat tanquam mortuum.

Consepulsi debeamus esse cum JESU CHRISTO.

Baptismus resurrexerit quousque I. C. repræsentat.

Pauli Baptisimam obligacionibus assistunt.

tum decet, facere valeamus. *De Sancta Maribam. 2. tractatum Affectivum: montium de institutione promissionum Baptisimam.*

Consepulsi sumus cum illo per Baptismum in mortem peccati. Apostolus inquit in Epistola ad Romanos; quod mea quidem sententia innuere videtur, quod non esse Christiano viro, qui Baptizatus, nisi præterea sepultus fuerit, & in eodem Sepulcro cum JESU CHRISTO conclusus. Inter mortuum, & jam sepultum hoc discriminis intercedit; quod alter quidem quodammodo versatur adhuc inter viventes; alter vero omnino sepelitus est, alter nullam amplius partem habet cum hominibus, sed homines habent cum illo, eo quod in eo occupati sunt, ut illi parentent; alter vero de hominum commercio ita absconditus est, ut nihil de illo facendum sit amplius, & non sine quodam horrore videtur possit ulterius. Itaque Baptizati hominis status talis esse debet, ut non solum mortuum sit mundo nullam habens bonorum, vel malorum ipsius sensum; verum etiam ut veli a mundo haberi tanquam mortuum, atque sepultum; oblivioni datum, a terris omnino sepunctum, atque abjectum, tanquam aliquid, quod nemo pati potest. Hic erat S. Pauli status, cum agebat: ad Galat. 6. *mibi Mundus crucifixus est. & ego mundo. Idem.*

Cum S. Paulus doceret, nisi JESUS CHRISTUS a mortuis resurrexisset, spem nostram, ac fidem inanes fuisse futuras, asserere possumus etiam nequaquam per Baptismum nos factos fuisse participes mortis, & sepulture JESU CHRISTI, nisi resurrexerit quoque, novæque vite suæ participes efficiat. Hinc oritur potissima Baptizati hominis obligatio, qui moriendum non est mundo, nisi ut in Deo vivat; qui terrenis rebus afficiendus non est, nisi ut æternam amore afficiatur; qui cum JESU CHRISTO consepulsi esse non debet, nisi ut hominum oculos, & consuetudinem fugiat; qui terræ mansione non debet relinquere, nisi ut tanquam resuscitatus habitet in Cœlo. *Idem.*

Recordemur Baptisimam nostram, plures nos impellunt causas; hoc gratitudinis ergo præliare debemus, ibi enim pretiosam gratiam recepimus, cuius nonnisi cum ingratis animi vitio possumus oblivisci. Tempus Baptisimam nostram finis est nostræ calamitatis & servitutis. Verum ob id præsertim identidem Baptismum nostrum cogitare debemus, ut altius inhaerent cordibus nostris fundamentalia religionis dogmata, quibus nos adhaerimus polliciti sumus, statim ac JESU CHRISTI militiam dedimus nomen. Hoc profecto maximum est beneficium a nobis receptum; & a nobis summo in pretio habendum, ideoque grati animi sensus fore nos decet erga illum, qui a deo manifesta amoris sui erga nos præbuit argumenta. Quodnam donum nunquam dono fidei pretiosius esse potest? quæ gratia Baptisimam gratia excellentior? quid enim est, esse Baptizatum? sane est incorporatum esse JESU CHRISTO, esse membrum JESU CHRISTI, indutum esse JESU CHRISTO, quemadmodum docet S. Paulus. *Lambert homilia in die festo Trinitatis.*

Quicumque est sacro Baptismate regeneratus, essentialiter legem omnem observare tenetur; quod nobis ostendit, plurimos fideles non satisfacere iis, quæ polliciti sunt, & vota, ac promissiones sui Baptisimam infringere: qui enim mandatorum tantummodo partem sequuntur, & alia præcepta transgredi non verentur, plane sunt prævaricatores. Ita illi, quibus tanta inest temeritas, ut Dei legem secundum suos explicent sensus, eamque interpretentur juxta suam utilitatem, ac studium; ne isti sunt rebelles filii, qui directè contra ea, quæ promiserunt, operantur. Essentialia, exempli gratia, Christianæ religionis officium est Crucem ferre, & sese mortificare: omnes Baptisimam status satis ostendunt, quæti referat huic parere mandato. Ignorare non potestis, cum hoc beneficium cumulati iustis, Sacerdotem pluribus modis vobis annunciale manus ferendi crucem; hoc vobis, & signis, & ceremoniis tradidit Crucis signum, & frontis, & pectoris imprimens: necessesse est vobis explicari, quid huiusmodi innuant ceremoniæ? Si audire vultis S. Paulum Apostolum, hic etiam docebit vitam Christianam esse vitam crucifixionis: qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis, ad Gal. 5. Hinc

autem sequitur nihil magis oppositum esse Sanctitati baptismatis, votis ejusdem, & vite Christianæ, quam amare voluptates, eas perquirere, illis sese abdere, & cupiditatem inflammare concedendo illi ea, quæ desiderat. *Idem.*

Bone Deus! reputantes animo misericordiam, qua large, effuseque in nos usus fuisti cum nos tuo signo notasti, atque in filiorum tuorum numero descripsisti, nonnisi summo robore, & veracundia sustundimur. Eam nobis contulisti gratiam, cuius pretium satis æstimari non potest; & nihilominus eam sese oblivioni tradidimus: vix ad eam advertimus animum qui ne ullum quidem vite nostræ diem abire pati debeueramus, quin magnæ miserationis tue recordaremur. Quot elapsi sunt dies, quin reputaremus, quid olim eramus, & quid hodie sumus per Sacri baptismatis gratiam? Sin autem eas meditatur promissiones, quas tum elucimus & leges, quas tu nobis irrogasti; multo major nobis erubescendum occasio suboritur. Eorum, quæ polliciti sumus, fidelem præstitimus? præceptis tuis obtemperavimus? O summam infidelitatem; illi famulati sumus, cui abrenunciavimus, vitæque nostræ iugis sui nexu prævaricationum a legibus tuis. Primæ igitur promissiones nostræ sedulo repetenda sunt, ut infidelitatem nostram intelligamus. Quid faciendum nobis erit Domine, ut adeo nefaria scelera deleamus? tu nos docuisti, alterum non desse baptismum non sine mirabilis miserationis excessu institutum pro illis, qui fides gratiæ iacturam subiere. Non aliud superest quam lacrymarum baptismum, quod nos felici estuati possit restituere, ex quo lapsi sumus. *Idem.*

Per Baptismum Christiani facti estis. Intelligitine quid hoc sibi velit, & quantum sit hujus gratiæ magnitudo? Christiani facti estis, hoc est filii Dei, quemadmodum vos docet S. Joannes dicens: *videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur, & simus.* Christiani facti estis, hoc est JESUS CHRISTUS in hoc etiam mundo animas vestras tanquam sibi desponsatas considerat; testante Apostolo cum ait 2. ad Cor. 11. *de sponsa enim vos uni viro Virginem castam exhibere Christo.* Christiani facti estis, hoc est fratres JESU CHRISTI, ac Tempia Dei: docet enim S. Paulus quod non erubescit Salvator appellare vos fratres suos, & 1. ad Cor. 6. 3. *nescitis, quia Tempulum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis?* Christiani facti estis, hoc est nature Divinæ participes, & illi s. felicitatis hæredes, ubi nihil debent, corrupti, senio confici potest? O magnum Christiani nomen! At quam cæci illi sunt, qui illius meritum, atque premium ignorant! Christiani licet reliquis quibuscumque anteferenda est; & licet magno in honore sis, hæc tamen præcipua gloria, existimanda est; quod olim dicebat Sanctus Augustinus Epist. 96. *novæ edic. alias 124.* viro cuidam nomine Olympio, qui nuper ad insignem dignitatem fuerat evectus. *Idem homilia in Sanctum Joannem Baptistam.*

Christiani omnes quodam in sensu æquales sunt; in vobis, Apostolus inquit, est unum corpus, & unus Spiritus, sicut estis in una spe vocationis vestræ: unus Dominus, una fides, unum Baptisma. Quod præcipuum gloriam nostram constituit, eque in Christianis omnibus invenitur; si quod discrimen esse debet, hoc principii religionis debet inniti: si Christianus aliquis præ altero aliquam habere debet prærogativam, hæc una esse potest, si diligentius Leges Evangelii sequatur. Dives, qui JESU CHRISTI præcepta sequitur, pauper, dignior est, non eo quod dives, sed eo quod JESU CHRISTO fidelis. Pauper, qui sanctificatur in egestate sua multo superior est divite oppositam Evangelio vitam vivente. Ut verbo me expediam, nihil in terris majus est, nomine Christiani. *Idem.*

Christianus, ut adæquata illius definitio afferatur, homo est, qui baptizatus Evangelium assumit tanquam vite suæ normam, & JESUM CHRISTUM tanquam exemplum; qui jugiter adlaborat, ut fiat divini huius prototypi vivens Imago, & in seipso omnia illius exprimat lineamenta, ut quemadmodum Apostolus 2. ad Cor. 4. inquit, in seipso appareat vita JESU CHRISTI: *ut, & vita JESU manifestetur in corporibus nostris: ita ut qui illum videt, aliquid JESU CHRISTI videre se putet, & Christianus hic dicere possit cum S. Paulo, se vivere vita JESU CHRISTI, vel*

Ad quam dignitatem Fidelis per Baptismum exaltatur.

2. Terr. 1.

Quid sit Verus Christianus.

vel potius JESUM CHRISTUM in ipso vivere. Hæc est veri Christiani imago. Hæc tua est? Numquid te ipsum agnoscis ex hujusmodi lineamentis, & respondere potes, te esse Christianum? Scrutare cor tuum; ad examen revoca vitam tuam, & responde. Pater Nepos in libro qui inscribitur: Spiritus Christianismi.

Ad quid prodest professio illa, qua in Baptismo JESU CHRISTI fidem, ac legem sumus amplexi, nisi ut redargueremur ex nobismetipsis, atque innosceret, eam quæ in nobis religio videtur, hypocritam esse, quippe divino cultui exteriores alioque cæremontias impendentes præcipuas curas collocamus, ut mundo obtemperemus? ita est. Horum temporum fideles, saltem plerique, sunt, quemadmodum de ævi sui fidelibus S. Hieronymus affirmabat, tamquam monstrum ex oppositis atque contrariis confans; hoc est fide, & infidelitate, religione, & impietate, obedientia, & rebellionem; fide quidem, religione, & obedientia in speciem, cæteris vero rebus in praxi. P. Dozente de Divinitate Jesu par. 3.

Quandoquidem in Baptismo recipimus spiritum vivificantem, ut nos animet, & sit Christianarum, & supernaturalium actionum nostrarum principium; nobis moriendum est principiis omnibus vitæ contrariæ, & oppositæ vitæ Spiritus Sancti, hoc est mundo, & carni moriendum est. Quamobrem docet Sanctus Paulus opus esse, ut Christi fidelis in Baptismo veterem hominem crucifigat, ut quemadmodum Salvator pro nobis in Cruce Sanctam, atque innocuam vitam amisit, ita & nos pro eodem impiam, criminolamque vitam amittamus: hoc scientes, quia vetus homo noster Crucifixus est, ut deservatur corpus peccati. Ad Roman. 6. Pater Texter sermone pro feria sexta post primam Quadragesimæ Dominicæ.

Fidelibus omnibus induritis viribus contendendum est, ut receptam in baptismo innocentiam tueantur: Illud vero deplorandum est, quod plerique id ne cogitant quidem. Docet experientia ipsos a divine regenerationis lux puritate degenerare fere statim ac rationis usum attingunt, & quo maiore obtinent cognitionem, eo magis innocentiam, atque Christianam simplicitatem in ipsis decreverunt, atque immuni; cum nequitia, & peccatum in singulis dies novas acquirat vires, & radices agant altiores. Undenam proficisci existimandum est quod pueri baptismalem innocentiam amittant, atque Deo infideles evadant fere statim ac seipos cognoscunt? Profecto proficitur ex seculi corruptione, & negligentia parentum; quorum cura iuxta mandatum Dei gratia in parvulis conservari debet, atque adulescere. Sed quemadmodum Parentes non semper pie vivunt, sed post seculi corruptionem abeunt, neque curant, ut illi erudiantur; mirum non est, si propter pravum eorum exemplum Filii pravo habitu induant, ac sensim ferantur in vitia. Desumptum ex homilibus moralibus homilia pro Dominica infra cæram Epiphaniæ.

Corporis incontinentia, agridines, dolores, concupiscentiæ motus nobis post baptismum non relinquuntur, nisi tamquam virtutis exercitatio, ut per eas majorem gloriam, amplioreque in Cælo remunerationem acquirere valeamus. Hac de causa Deus pollicetur Israelitis de Aegiptorum servitute eriperat, Pharaones, totoque exercitu illius in Erythro mari submersis non statim illos in promissam, beatamque terram induxit, sed illos ante pluribus, varisque adversariis exercuit. Cumque deinceps illos in terræ illius possessionem invexisset, expulit quidem plerisque gentes, quas incolabant ibi; sed quasdam ibidem reliquit, quas Israelitæ superare non potuerunt, ut cum illis bellum gererentibus virum, animique exercendorum non desset occasio. Idem.

Ex his, qui hujus mundi dogmata sequuntur, hoc primum quæro, utrum, cum in Baptismo mundi pompis abrenuntiant, ea fuerit promissio, vel ut illi loquantur, votum Chimericum, an per hanc promissionem, aut votum aliquam obligationem contraxerint? Quisnam primum asserere audebit? nonne imptum esset velle, adeo solemnem promissionem, qualis est abrenuntiare pompis mundi in baptismo, ad nihilum redigi? ea verba nihil significare; & re ipsa fidelem qui hoc promittit, nihil præstare teneri; huc tamen redeundum est; si seculi hujus inanes, insanæque præteritiones audiantur. Si eorum ornatus, vestes,

Cur corporis incontinentia, concupiscentiæ motus post baptismum permanent.

supellectiles, zedes, fervorum cætera, non sunt pompæ Mundi, ubinam ergo sunt illæ pompæ, quibus in baptismo abrenuntiamus? Quam aliter a veris Fidelibus hæc omnia vident illi, quibus infixa sunt mundi hujus præcepta! dicere nequeunt, ubinam sunt hujus mundi pompæ; & in quibus rebus consistant; at veri Christiani eas plurimis in locis inesse fatentur, & non agere intelligunt quid se facturos promiserint, cum solemniter pompis abrenuntiant. Quinam sanis iudicium fert? Lambert Homil. 55. in festum Sanctæ Trinitatis.

Si Filii Dei hoc habent commune cum JESU CHRISTO, qui est primogenitus omnium creaturarum, quod Deus illos, ut ita dicam, ab æterno concepit mera voluntate sua, ac sola sui amoris causa, huic nequaquam minus similes sunt propter spirituale generationem, per eam conformitatem, quam cum ipso habent in ipsius incarnationis mysterio. Cum enim Omnipotens hic, & Sapientissimus Pater, eos omnes, quos adoptavit in filios efficere velit conformes filio suo pro virtutum ac sanctitatis ejusdem imitationem, vult, eos renasci spiritualiter quemadmodum fecit, ut temporaliter nascerentur. Nemo unus ignorat JESU CHRISTO duplicem esse nativitatem, æternam alteram in sinu Patris, & alteram temporalem in sinu Matris. Nos quoque duas nativitates habemus, alteram naturalem in Matræ sinu, supernaturalem alteram in sinu Ecclesiæ; quæ, ut Sanctus Augustinus ait, non generatio, vel nativitas simpliciter, sed regeneratio vocatur: generatio quippe nos efficit inimicos Dei, & demonis mancipia; sed regeneratio Christianos facit & Filios Dei. Morali Christiana in Pater lib. 1. sect. 1. artic. 1. 2.

Ea, quæ in Baptismo sumus polliciti in censu æternitatis descripta sunt, inquit S. Ephrem, & eadem illa reperitur ex nobis ipsa mortis nostræ die, nobisque novissimo in iudicio exhibebuntur. Tum enim singulis exhibebitur sui baptismatis signum, ut liqueat, utrum fractum, atque violatum fuerit. Tum patebit, utrum servata fuerit integra fides; utrum candida prius innocentia vestis polluta, disereptaque fuerit, utrum adimpleta ea, quæ generose coram tot Testibus promiseramus. In ipso baptismatis momento Angelus promissiones describit, quas mortuus representant. Ita ob oculos nostros tota vitæ nostræ ratio versabitur; cogitationes, consilia, verba, actiones; & hæc singula conferentur tum promissionibus quæ a nobis editæ fuerunt; atque innosceat, utrum promissionibus responderit effectus, atque utrum fideles, an perfidi fuerimus. Hæc sane collatio terribilis erit fidelibus, quibus veri Christianissimi Spiritus deest, & quorum vita Ethnicorum more sceleribus est conquinata. Idem, & Sanctus Ephrem libro de iudicio novissimo cap. 5.

Hac in re admirari debemus, quam magnifice erga nos Deus agat, & quousque liberalitas ejus progrediatur: nosmet illi tradimus, nosmet cultui ejusdem devovimus; sed nos miseris! hoc verbo fortasse tenuis: promittimus, perfecte ipsam amatos, eidem reliquo vitæ nostræ spatio fideles futuros: ipse vero nobis adhibens fidem recipit promissiones nostras, atque ex ipso baptismatis nostri tempore remuneratur; quasi jam fidem præstitissemus, quamvis ille videat, plerisque hanc illi minime præstituros; & pro simplici promissione, quam, ubi primum aderit occasio, fractum, violatumque iri videt, ipse large, effusæque nos suis muneribus cumulat. Nobis enim gratias suas tanta cum profusione impertit, ut non liberalis vel magnificus solum, verum etiam prodigus sit, amoris sui, suorum thesaurorum, sui ipsius, nihilque omitat, ut Christianum efficiat, & ad incomparabilis magnitudinis gradum illum extollat. Idem.

Baptismus a S. Paciano Barchinonensi Episcopo Sacramentum Passionis JESU CHRISTI vocatur. In hoc enim Sacramento gaudet JESUS omne pretiosum sui Sanguinis meritum, omnemque divinam misericordiam suæ abyssi in animas baptizatorum effundere; ita ut in hoc mari gratiæ immergerentur omnino, eamque perfectam recipientium innocentiam, quo per candidam eam vestem exhibetur, quo olim recens baptizatus post baptismum conferebatur. Hæc enim cæremontia per Sacramentum ora illis significabat Ecclesiæ, vitæ suæ rationem

Privilegia filiorum adoptivorum Dei per baptismum.

In Baptismo nosmet Deo obstringimus, ipse nobis.

Quomodo Sacramentum Passionis JESU CHRISTI vocatur. I. C. Sanctus Paulus in epistola ad Romanos.

nem ita esse instituentem, atque ita accurate attentionibus, sermonibusque suis invigilandum, ut diligenter primam eam gratiam, per quam erant instituti, & hanc baptismalem innocentiam, qua erant induti, puram, integramque tuerentur usque ad diem Domini, caram quo erant aliquando in iudicio prodati. Idem.

Licet non omnes coram Deo æquales essemus, & propter infinitam ipsius magnitudinem, a qua pendemus æqualiter, & cui cultum, honoremque eundem præstare tenemur, & propter nihilum nostrum in nobis indiscriminatum divinum; per baptismum tamen evaderemus æquales. In hoc Sacramento JESUM CHRISTUM quodammodo induimus, ut loquitur Apostolus: & hoc nostram similitudinem, nostrumque pretium constituit. Quid refert, nos vel nativitate, vel fortuna distingui; distantia, quæ inter nos hoc loco esse potest, non efficit, ut quoad Religionem alii ab aliis differamus. Singuli gerimus imaginem Filii Dei; hoc nos extollit, non magno efficit, hoc Dei oculos in nos convertit & singuli ex æquo sumus honoris hujus participes. Alia dignitatis insignia, quæ homines afficiunt, eoque in diverso dignitatum gradu constituent, tanta non sunt ut coram Supremo creaturarum quarumque rerum Domino nos inæquales efficiant. Homo baptizatus est: Hæc illius gloria est, hoc est ab aliis distinguendus. Cum ex informi, rudique lapide simulacrum aliquod elaboravit artifex; non lapis, sed simulacrum intuentium oculos allicit. Simul omnes in eadem corruptionis massa confusi, inde per charactere filiorum Dei tantummodo evadimus. Qui quidem character, nihil habet angustius in his, quam in aliis, sed omnes ejusdem magnitudinis lineamenti exæquat. Liber cui titulus: Animadversiones in varia Religione, & Morali argumenta.

Cum olim Jonas in utramque aurem stereret sentiente procella, exterriti Nauta voce e somno fuit excitatus, cui ille hæc ait: *cujus es tu? que est terra tua? quod opus, & quo vadis?* Jon. 1. Propheta huic interrogantibus, quæ illud periculi tempus nequaquam decere videbatur, hoc tantum respondit: *Servus Dei sum ego, & Deum Cæli ego colo, quasi diceret: institutum meum, vocatio mea, iteris mei finis ad hoc spectant, ut Deum Cæli colam. Licet per vos mihi auditor, hoc ipsum ex vobis querere, quod Nauta ex Propheta petit: *cujus es tu? unde nam origo tua? intelligo autem spirituales originem; nonne cœlestis est, ex quo facro baptisate ablatus fuisti? At illuc redire contendis? quodnam est opus tuum? ad id autem quid facis, quid niteris? Christianus es, servus es veri Dei, & illuc colis: at colisse illum in Spiritu & veritate? Sermo manuscriptus.**

Fidelium plerique vita sua fidem, nomenque suum mentiuntur. Seculi hujus præceptis imbuti, fiantæ religionis sanctitatem decerant, & crudeliter terrenarum rerum cupiditate inebriati charitatem extinguunt. Quemadmodum omnes iidem Christianæ religionis officis tenentur, ita nemini licet ne minimam quidem ex illis demere particulam: hæc vestis est inconsumibilis, quam inimici Domini dividere non poterunt. Sed quod Carnifices facere solent non sunt in hac veste; Ecclesiæ filii ea temeritate ferunt in hac veste; Ecclesiæ hæc velint atterere: licet enim cum Propheta dicere, veritates hodie imminutas esse inter homines; quolibet sibi licentiam vindicant, easdem dividendi juxta suos affectus, & scelera. P. Massillon.

Cum Mysteriorum fide, maxime etiam virtutes, eaque austerissime in omnes terras effusæ sunt; hæc Discipuli JESU CHRISTI in difficillimis itineribus secuti sunt: quæcumque pati pro veritate, hoc illis familiare fuit, atque usitatum; & Salvatorem suum imitari celerius ad tormenta cucurrerunt, quam ceteri ad delicias. Recenseri non potest divinum numerus, qui pauperes facti sunt, ut pauperibus auxiliarentur; neque pauperum, qui pauperatem suam divitiis præterant, imitæ sunt, neque Pastorum, qui omnibus facti omnia, parati, ut pro grege sibi credito non vitam impenderent. Ecclesiæ non minus diffusit exemplis, quam præceptis; & doctrinæ illius enituit Sanctitas, eo quod plurimos Sanctos produ-

Christiani dignitatem, & vitam moribus mutuantur.

xit. Deus, qui novit maximas virtutes inter maximas tribulationes oriri, atque foveri, Ecclesiam suam per martyrium instituit, atque trecentos annos & ultra, ita exercuit, ut ne minimum quidem quietis spatium eidem relinquere. Bossuet Episcopus Meldensis Sermone in Universalem Aſſertionem.

Cum eam, qua peccato morimur, mortem, & qua per Baptismum nobis moriendum est, vita proflus Sancta, atque Christiana sequi debeat, vulgo decipiuntur, quia veterem vitam nostram, cui mortuos non esse decet, pro vita nova accipimus, quam ingredi debueramus, ut vere cum JESU CHRISTO resurgeremus. Hic est vulgarissimus secularium omnium error, qui peccato se mortuos putant, statim ac ad penitentiam Sacramentum accedere, quod ipsi alterius Baptisimatis loco esse debent. Cum vita, quam deinde ducunt, sit priori similis omnino, vel in speciem tantummodo, non re ipsa dissimilis; liquido patet, ipsos in speciem tantum peccato mortuos fuisse, vel mortem hanc nequaquam exceptam fuisse a vita fragi. Sancta, atque Christiana uti oportebat. De Sancta Maria tom. 2. tractatum Ascensionum.

Videte, ait Dilectus Domini Discipulus, qualem charitatem dedit nobis Deus, ut filii Dei nominemur, & simus. Joann. 3. Etiam nonne scitis, superque nobis contulisset, si permisisset solum, ut hoc nomine voceremur? nonne plurimum deberemus eidem, si pati voluisset tantum nolo non sine maximo miserationis exemplo, se Patrem appellari? Sed longius procedit ejusdem Charitas; non enim permittit solum, ut filii nominemur, sed vult etiam ut re ipsa simus: nominemur, & simus. Non vult solum, extrinsecus tantum hunc honorem nobis deferri; vult etiam nos intrinsecus omnem gloriam, omnemque percipere utilitatem. Non ideo gloriamur, & præclara quidem gloriandi sapient occasio: gloriamur in spe filiorum Dei, inquit S. Paulus ad Rom. 8. Quam de re inquit, Apostole, nobis gloriandum? in spe filiorum Dei, Deus enim, quemadmodum ait S. Jacobus c. 1. ex merito voluntatis suæ motu & verbo suæ veritatis nos genuit: ipse enim genuit nos verbo veritatis. Ipse nos in admirabile lumina vocavit; ipse adoptionis suæ privilegio in nos fluere iussit emanationem quandam filiationis Filii sui, ut simus initium aliquod creaturae ejus. Apagæ ergo superba nomina, quæ semideis suis antiquitas tribuit; apagæ titulos magnificos, Victoris, Magi, quos illi sibi honori verterunt, apagæ honores distinctos, vel qualitates personales, quæ hominum existimationem, atque observantiam conciliant; hæc omnia licet magna, licet augusta, nihil sunt, ubi cum qualitate filiorum Dei conferantur; & homo licet pauper, atque contemptibilis sit, vel genere, vel manere coram Deo, ex quo Christianus est, longe major est, quam omnes Ethnicorum Reges, atque Imperatores, quia ut ait S. Cyrillus: *Signum nobilitatis est inter filios Dei computari.* Sermo manuscriptus.

Nonne mirum est Christiani nomen, cum præ cæteris nominibus maximum sit, atque pulcherrimum, præ cæteris magis contemni; & qualitatem filiorum Dei, quam in Baptismo recipimus, cum præ cæteris sit maxima optanda, eam esse, cuius minima habetur cura? Quanto enim ardore alios titulos tueri contendimus? quo furore eorum jura non afferimus? nonne irascimur, ubi in dubium vocantur, & ob præminentiam irridendam que in dubio ponitur, nonne integræ familiæ passim intereunt? Sed quanta tranquillitas est in his, quæ ad qualitatem filiorum Dei pertinent? hæc haud ægre is relinquunt, qui eandem sibi honori vertere gestiunt.

Quod loquens sis, quod generis nobilitate polleas, quod apud homines in honore habearis, quod ad summam aliquam dignitatem evectus fueris, de hoc gloriaris, hoc tuis titulis præferes; sed Christianissimi gratia, divina adoptio, qualitas filiorum Dei contemnitur, vel saltem minimum curatur, ut hæc privilegia enitescant, atque tuonere perfungaris. Idem.

Si Fidelem considero, quatenus ad JESUM CHRISTUM referatur, invenio, ipsum fieri membrum ejusdem, atque in ipsum tantum glorie, & primam magnitudinis influxum deplere, ut cæteris quibuscumque rebus antecellat. Verum enim verum ad hanc veritatis hujus vim intelligendam, cuius testis est

Baptismus nobis conferre dignitatem filiorum Dei.

Fidelis per Baptismum fit Membrum JESU CHRISTI, cuius testis est Sanctus.

Sanctus Paulus, sciendum est JESU CHRISTO duplex esse corpus: alterum naturale, quod in Sanctissima Parenis Utero accepit; alterum mysticum, quod sibi addidit, & cuius re ipsa caput esse voluit, itaque cum per Baptismum ingrediamur in Ecclesiam, quæ corpus est mysticum Filii Dei, ut sumus pars ejusdem; cumque JESUS CHRISTUS, qui per mortem suam hanc genuit Ecclesiam, caput illius esse voluerit; nonne inferendum est, cum Christianus pars sit totius huius corporis, nos illi huius capiti adherere, & quemlibet singulatum esse membrum illius? Vos autem estis corpus Christi, & membra de membris, inquit Apostolus: 1. ad Cor. 12. vos omnes illi adheretis; & hæc unio, quam habetis cum illo, & quæ tantæ gloriæ vobis cedit, perfectissima est, atque intima. Hic effectus est orationis, quam Dei Filius Patri suo paulo antequam moreretur effudit, quæ, ut qui in me credituri sunt, sint in me, & ego in illis, quemadmodum tu es in me, & ego in te per eam unionem, quæ nos invicem, & æternam coniungit. Idem.

Altius ascendere possumus? cumque Deus nos suo filio conjunxerit tanquam membra capiti suo, ut cum illo nos unum, & idem efficeret, poterat majorem nobis honorem conferre? Nihilominus quantumvis magna sit hæc gloria, quæ nobis cedit ex hoc fœdere, quod per Baptismum cum JESU CHRISTO contraximus, quantum inde nobis utilitas esse potest, nisi bonis operibus honorem hanc sustineamus? Christiani vocamur, cumque speciosam hoc nobis nomen deferatur, ideo deferri significatur, ut nomen JESU CHRISTO tradamus, & illius membra evadamus. Nos ipsi gloriamur, atque hanc qualitatem respicimus tanquam suadamentum gratiarum omnium, quas ab infinita illius misericordia recipimus; ad illam spectamus, in illius persona Divinitatem quamdam induimus, & nihilominus negligimus ea præstare, quæ tenemus; officiorum nostrorum obliviscimur, & inani spe hoc tantum nomine nos salvos futuros speramus. Undenam nosmetipsos ita decipimus, & aliis imponimus? Si quis familiam nostram ingrediat, nobisque consanguinitatis vinculis adhaeret, illum pati non possumus, si per nequitiam suam nobis dedecus inferat; patribus vero JESUM CHRISTUM hoc illustre caput, cuius membra sumus, minus affici injuriis, quas recipit a nobis, & quas inde excusare contendimus, quod ad illum pertinet? O nos cæcos, qui non videamus hac ipsa de causa fieri nocentiores, atque ita in caput nostrum æternam reprobationem convertere; & ut verbo me expediam, discrimen illud quod inter nostras actiones nostrasque dignitates, inter nostrum vivendi genus, nostrasque titulos intercedit, nos improbos efficere, eo quod majori Deum afficiamus contumelia. *Alius sermo manuscriptus.*

Nescitis, quia corpora vestra membra sunt Christi? tollens ergo membra Christi faciam membra Meretricis? Hoc olim ad Corinthios S. Paulus scribebat, quod ipsum ferme dicere possumus de Christiano, cuius vivendi ratio nequaquam respondet sanctitati religionis illius, quam est per Baptismum amplexus. Nescitis quia membra vestra, membra sunt Christi? 1. ad Cor. 6. Ea ne polluetis? Ea ne dedecore afficietis? atque vosmetipsos JESU CHRISTO asseretis per impuram, criminofamque vitam, ut vosmet voluptatibus devoteatis? Quam contumelia, o Salvator amabilis, & tibi cederet, & nobis? Quam horribilis esset confusio, si tanta hæc inter caput, & membra deformitas inveniretur? Egone impotenter glorior ob Christiani nomen, cum vitæ tuæ norma vitæ meæ corruptioni nequaquam responderet, cum non intellexero illius status dignitatem, ad quem me provehere dignatus es collatum cum ea miseria, iisque sordibus, quibus me flagitia mea cooperaverunt? Idem.

Hoc aliud principium est novam Christiano conferens magnitudinem, scilicet quod non sumus tantum JESU CHRISTI membra, verum etiam sumus Tempia Spiritus Sancti. Neque patetis, me de animabus nostris tantummodo loqui; quis enim ambigit quinoniam Deo per Baptismum reconciliari sint Tempium & Sanctuarium Spiritus Sancti? De ipso etiam Christiano corpore loquitur, & nonnisi post Apostolum Paulum hanc veritatem annuntio.

Illum loquentem audiamus: nescitis, quia mem-

bra vestra Tempia sunt Spiritus Sancti, qui in vestris est? & eo ipso momento, quo Baptismi gratiam recipimus, quæ quidem est veluti forma nos Christianos efficiens, Spiritum Sanctum, qui olim permanere non poterat in homine, quia cor erat, statim invisibiliter descendere intra nos, ut ibi inhabitet, simulque Tempium hoc illi fuerit dedicatum per solemnem nostrum Baptismatis ritum? Hac de causa Sacramentum istud vocatur regeneratio, restauratio, creatio, justificatio: & hac ipsa ratione S. Augustinus ait, nos Christianos fieri per eundem Spiritum, qui B. Virginem sanctificavit, illam Dei parentem efficiens, & quemadmodum admirabilis hæc creatura Deum totum finit suo per Spiritum Sancti operationem, nobis quoque illum ferendum esse in corporibus nostris, quæ Spiritus Sanctus residens in nobis sibi pro Templis elegit. Idem.

Non sine causa Magnus Apostolus ad fideles loquens exclamat: attendite ad vocationem vestram, vel vocationem vestram considerate: hæc enim nunquam satis considerari potest. Verum quidem est vocationis hujus dignitatem ab illis non agnosci, qui carnis oculis inveniunt omnia; fideliæ vita abdita est cum JESU CHRISTO in Deo; abdita quidem mundo est, extrinsecus enim humilis est, exilis, abjecta; abdita vero est cum JESU CHRISTO, quemadmodum abdita fuit vita illius; & Mundus cum non cognovit. Ideo primis illis Ecclesiæ temporibus Christiani tanquam novissimi habebantur ex plebe, sine spiritu, sine prudentia, & qui commentitia querentes bona (ita enim loquebantur infideles) ultra omnibus vitæ commodis carebant, & omnia malorum generatim tenebant. Atamen si Opines omnes artis suæ præcepta ediscunt, atque omnes Discipuli traditam sibi ab Institutore suis scientiam percipiunt, multo magis Christianus statum suum cognoscere, & quid in statu suo sibi sciendum sit, debet intelligere. Liber qui titulus Christianus incognitus.

JESU CHRISTI cognitio, discretissima Salvatorum lib. 3. de Gubern. Dei ait, sterilis esse non debet; sed effectivum amorem parere, ita ut nomen Christiani, nisi ea adimpleatur, quæ significat, nihil omnino sit. Tenemus ergo, idque summa cum obligatione, vitam ducere JESU CHRISTI præceptis conformem; ideoque cum populi omnes ea admittunt miracula, quæ ipse operabatur, dicebat Discipulis suis: Luc. 9. Ponite vos in cordibus vestris Sermones istos. Verba hæc veris dicuntur fidelibus, qui in Ecclesiâ primitiva Sancti appellabantur. Veros fideles dico, non desunt enim fideles, qui ita vitam inveniunt, ac si omni Dei, & JESU CHRISTI cognitione careret. Ita loquitur Apostolicus ille Pater, & hoc ipsum hodierna die plerique fidelibus dicere possumus; populo huic, quæ vidit lucem magnam, quæ a S. Petro ep. 2. c. 4. lumen admirabile appellatur: huic populo fides luminibus illustrata, atque imbuta præceptis JESU CHRISTI, qui se illius magistrum efficere dignatus est. Atamen fideles hujusmodi, si de eorum fide ex ipsorum actionibus iudicium ferendum est, in tenebris, & umbra mortis sedent. Sin autem mihi dixerit aliquis, nullum unquam Saculum existit, hoc nostro magis illustratum; Dei verbum nunquam vulgatum fuisse, atque familiaris; ne querendum nobis est, quod Christiani sterili sint cognitione contenti. Idem.

Post ea, quæ mitissimus, & misericors Deus nobis revelare placuit, inexcusabiles sumus, nisi Christianam veritatem cognoscimus. Sed quam terribile iudicium Dei expectandum est, si illis ignorantis vocationis gratia propter voluntariis mentis nostræ tenebras in nobis jacuerit inutilis? Væ nobis, qui pleno meridie gratiæ, & cum exortu assistit sol nos undequaque suis radiis circumdat, adhuc in tenebris moris incedimus! opusne est, ut per voluntariam cæcitate nostram speciosissimæ Dei gratiæ iusta tanta majoris condemnationis nostræ argumenta? opusne est ut fidelis in statu prorsus Divino educatus sese per peccatum ita demittat, ut brutis similibus fiat? opusne est, ut illi Dei dignitate actus, & JESU CHRISTI membrum effectus particeps naturæ Divinæ ad immarefiscibilem coronam vocatus, seipsum tot gratis, ac favoribus privet, vitam duens ab instituto, ac dignitate sua adeo deformem? Idem.

In Mundo in eo verti Christiana Religio cen-

famus templo Spiritus Sancti.

Fidelis vitam debere vice l. c. cojta omnia mea gens, conforant.

Tertul. Apol. 46.

Christiani suæ servit. & filii Dei.

tur, ne quis decadat in turpia flagitia, quæ honesti hominis avertunt estimatorem; qualia sunt impudicitia, ebrietates, inoffititæ, aliæque id genus scelera, satis se fecisse ratus, si æternas aliquot consuetudines servavit, si Sacris Militaribus adhaerit, si Dei verbum aliquando audierit, ac demum, si quibusdam exterioribus religionis officiis perfundus fuerit. Omnia hæc optima quidem sunt, & præstantissima, tantumque abest quod illa improbare velim, ut vellem immo, ea fidelibus omnibus persuadere: Sed Christianismi gratia ab his rebus non pendet. Undenam ergo pendet? fortasse queritis. Hoc docet S. Paulus Apostolus baptismi naturam explicans, atque Mysterium, ubi ait, nos cum JESU CHRISTO per baptismum consensuales fuisse in mortem; ut quemadmodum ille resurrexit, nos quoque vitam ingrediamur novam, quoniam certum est, si nos in illo infuit sumus per eam similitudinem, quam cum morte illius habuimus, in illius quoque resurrectione similes eidem futuros. Veritates hujusmodi ad omnes Christianos pertinent, quandoquidem Apostolus eas applicat omnibus qui lustralibus undis fuerunt abluti. Quicumque igitur Baptizati fuerunt, mortui peccato sunt, cum enim in morte illius Baptizati fuerint, consensuales fuerunt cum illo, & in illo infuit; evadimus ergo unum corpus cum illo, non secus ac germen unum, & idem sit cum arbore, cui infuit sumus. Hæc est nostræ vocationis gratia, quam nos idem Spiritus Sanctus edocuit per Apostolum locutus. Sed raro fideles invenimus, qui vocationis hujus dignitatem, atque officia cognoscant, & qui se tanquam unum, & idem cum JESU CHRISTO putent: inde enim sequitur, ipsi ita vivendum esse, ut ille vixit. Petr. 1. ita in omni vita sanctos esse debere, ut sanctus esse ille, qui eos evocavit. 1. Joann. 3. sibi que vitam vivendam esse profus aliam, & ea querenda, quæ fursum sunt, non que super terram. Ad Coloss. 3. Idem.

Qui religionis alicujus status amplectuntur illius regulas, atque constitutiones ediscunt, & illi, qui artem, vel disciplinam aliquam aggredduntur, illius præcepta se callere gloriantur, nos vero nostri Baptismatis statuta, & Christianæ religionis præcepta negligimus. Ea quæ a nobis sunt plerumque per usum, atque habitum sunt, & pertato interiori spiritui, & ea ratione, quæ vocationem nostram deceat, sunt; ita vivitur, ita vita transigitur. Atamen Sancti Patres id genus Christianos vocantur Christianos fidos, vel perfonatos: dixerunt, eos qui Christianæ religioni conformes non erant, veros Christianos non esse; nomen Christiani sine re, quam significat, esse nomen inutilis. Deus enim infinito lumine suo nequaquam indicat secundum speciem: nolite errare, inquit Apostolus ad Galat. 6. Deus non irridetur: ita loquitur, ut bonorum operum necessitatem mentibus imprimat. Ubi terribile mortis momentum advenit, persona auferunt, & fideles, qui Ethnicorum more flagitiose vixerint, cum ipsis æternis ignibus adjudicabuntur. Nemo est JESU CHRISTI, idem Apostolus ait, nisi habuerit Spiritum JESU CHRISTI: alioquin non esset infuitus in eodem, neque verus Christianus esset, nisi munera sua adimpleret, vel si perfunctorie tantum, ac sine interiori spiritu illa adimpleret. Idem liber, cui titulus, Christianus incognitus.

Si vere Dei magnitudinem cognosceremus, statim intelligeremus quæcumque, licet minima, ad ipsum pertinent, omnibus terræ hujus dignitatibus esse anteedenda: si enim maximorum Regum Ministri de sua gloriante servitute, nihil præstantius, vel sublimius sperare possumus, quam Dei servos esse. Hoc utriusque legis Sancti Viri tantopere excipiverunt; & Apostolus Paulus in hoc gloriatur, quod seipsum JESU CHRISTI Servum appellat, idque sæpe repetit in Epistolis. Verumtamen Deus longe præstantiorem nobis consere voluit dignitatem, nos ad filiorum suorum qualitatem extollens; & profecto per Baptismum evadimus filii Dei. Ita loquitur Apostolus ad Galat. 4. ubi venit plenitudo temporis misit Deus Filium suum factum ex Muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Hæc autem adoptio humanis toto Cælo prælat; humana quippe, neque meritum, neque adoptionis Spiritum in illum transmittere potest, qui adoptivum, ut sit principium vitæ illius, ejusque exemplum, ac norma, quod adoptione divina perficitur. Hac de causa lubit Apostolus: quoniam au-

Handry Bibl. Tom. 1.

tem estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in coram da vestra clamantem: ABEA Pater, per quem nobis libertatem permisit, illum hoc nomine benevolentia referentissimo nuncupandi. Post hæc concludit Apostolus; non esse nos amplius servos, sed filios Dei. Quam honor? quæ gloria, Deum habere Patrem! quæ dignitas, eundem cum JESU CHRISTO Patrem habere! Idem.

Videt, S. Joannes exclamat, videte qualem charitatem dedit nobis Deus, ut filii Dei nominemur, & sumus! Sed hoc donum Dei non respicit solum Christianos aliquot, quemadmodum Spiritus Sancti munera efficiunt; donum hoc paternæ erga nos charitatis, propter quod filii Dei nominamur, & sumus, fidelibus omnibus sine ulla exceptione commune est. Hoc ipsum docet Apostolus ad Galatas scribens his verbis: omnes filii Dei estis per fidem, quæ est in CHRISTO JESU. Qui fecit omnia, addit idem S. Joannes, dedit potestatem filios Dei fieri his, qui credant in nomine ejus. O certissimam veritatem, quam veritas ipsa testatur; sed veritatem parum notam, vel qua Christiani uti satis non norunt? Quis enim novit, quanta hæc sit dignitas Dei filium esse? quis æstimare novit honorem hunc tanti, quantum meretur? gloriamur in Mundo eo quod nobiliori ex genere sanguinam duximus, quod vero ex Illo nati sumus, nullo in discrimine habemus! nonremittimus, Deum nobis esse Patrem, & nos vere esse filios illius! Idem.

Fidelium plerique, se minime teneri putant, fidem eorum præstare, quæ in Baptismo Deo polliciti sunt, sibi que licere arbitrantur ea que placent, amplecti, ea vero abicere, quæ unquam placent. Sed promissiones nostræ sunt universales, atque indissolubiles; neque ullum unquam jusjurandum, ulla promissio, vel magis solemnitas fuit, vel magis irrevocabilis, neque ulla vel in terris, vel in Cælis potestas est, qua solvi, hac necessitate possumus. Mene igitur religionis meæ transfugam esse, & voluntarium officiorum Baptismatis mei prævaricatorem? Quemadmodum vulgo in humanis de fontibus iudicium fertur iuxta leges regionis illius, ubi deliquerint, ita nos quoque judicabimur iuxta illius religionis, quam amplexi sumus, leges, atque præcepta. Job. 2. tertio Propositionum suarum.

Loquens Apostolus ad Titum 3. de Baptismate, illud respicit tanquam regenerationis nostræ Sacramentum, divini Spiritus in nos effusionem, divinæque vitæ communicationem quandam, & participationem. Non ex operibus iustitiæ que fecimus nos, salvi facti sumus, sed ex mera Dei misericordia, quæ nos per lustrales aquas Baptismi, & per renovationem Spiritus Sancti, quem per JESUM CHRISTUM Dominum nostrum assumentem estudit in nos, regeneravit. Idem Apostolus ut Corinthios, qui Baptizati fuerant, magnitudinem ostenderent gratiæ que fuerant cumulati, atque ut præciberet vitam ab ipsis duendam, aiebat illis: hæstus fuitis idololatæ, adulteri, raptores; & hæc quidem iustitiæ. 1. ad Cor. 6. ego vero tantummodo innotatus ordinem hujus propositionis Sancti Pauli Apostoli, dicere possum a vos olim justificati fuitis; & hæc fuitis. Sed erubescite, fidelium plerique dicere possum, erubescite, & vitæ vestræ, morumque vestrorum vos pudeat: estis enim, fortasse Avari, intemperantes, Ostentatores, blasphemii. Idem.

Aut muta nomen, aut muta morem, aiebat antiquus ille inerti militi illustre nomen iactanti. Vel nomen, vel vitæ genus immuta; vel non amplius Christiani nomen præterferas, vel vitam vias eo titulo, quem præterferas, satis dignam. Etenim donec Evangelium tibi in ore tantum versabitur, & vitæ tua doctrinæ huic non respondebit, nequaquam Salvatoris Discipulus appellaberis; ipse non erit nec Magister, nec Pater, neque exemplarium tuum. Desumptum ex moralibus Sermonibus.

Frui cupimus honore, qui Christiano nomine adheret, quin pretium illius cognoscamus; Sublimem hanc nobis gloriam vindicamus, quin ea queramus, quæ ad eam promerendam requiruntur, & Christianos esse gloriamur, quin sciamus, quo Spiritu Christianos esse oporteat. Ita iacturam patimur eorum bonorum, quæ secum adferunt hæc adeo sublimis dignitas, quæ negligimus ea discere, quæ propter eandem efficere tenemus. Ut huic malo occurratur, optandum est, discat fidelis suæ conditionis nobilitatem, atque officiorum suorum

De irrevocabilitate obligationis, quæ in baptismo contractur.

De irrevocabilitate obligationis, quæ in baptismo contractur.

De Baptismi præstantia.

Sanctitatem. Pater Rehin libro de perfectione religionis Christianae.

Obligaciones, quas in Baptismo contraximus, pondus Baptismi a Tertulliano vocantur. Pater equidem Tertulliani mentem eo in sensu, in quo hac verba usurpat, non esse Ecclesiae sensui conformem: contendit enim isdem ostendere multas graves, difficilissimas obligaciones, quas Baptismus imponit ut illius difficultates perteriti non nisi morti proximi lustralibus ejusdem aquis abluamur: Si illi Baptismi pondus cognoscere, fortasse confessionem potius viderent, quam dilationem. Pater inquam, Sententiam hanc Orthodoxam non esse; probat enim absum, qui tunc temporis erat frequentissimus: aliunde tamen fateor, Baptismum jure ab ipso pondus vocari: non eo quod sit ferendo difficile; nam Dei Filius jugum suum leve esse testatur: sed eo quod arcta est illius obligatio, & non aliquando pondere suo obruet, & quod Deus avertat, si ex reproborum numero fuerimus, hac maxima nobis erit confusio, & ignominia. Pater Bourdaloue in Sermone quodam ex iis, qui ipsius nomine circumferuntur.

Audire mihi videor, Salvatorem de Cruce tot improbis fidelibus, qui nomen ipsius gestant, illicquid tenere in suis sceleribus utarant, clamantem: O miseri, ne pollutis nomen illud, quod ego tanta cum gloria gestis; relinquite, relinquite hoc nomen, potiusquam turpiter in vobis coinquinetur. Hoc nomine Infernum omnem delevi; vos autem ne unam tantum animi aggritandem superate potestis: hoc nomine Demones contrivi, eorumque fregi potentiam; vos autem, neque inimis vestris saluti hostibus resistere audetis: hoc nomine creaturas quascumque subjeci; vos autem vim illius atteritis ita, ut me flagitii vestri servare faciat: Servare me scilicet iniquitatibus vestris. Frumentorum Sermon de Circumcisione.

Fateor equidem, licet calamitosus Christi fidelis, fateor me fontem esse, atque divinam misericordiam a me indignissime laesissimam nullam mihi reliquisse viam, qua me possem justificare. Ethnici, qui Deum non noverunt; Judaei, qui illum reliquerunt; Tot barbari populi, qui nomen illius nunquam audiverant, aliquam fortasse afferre possent excusationem, quod Vita sua sancta non fuerit: sed ego qui in majori Christianae religionis luce natus sum; & ego qui regeneratus sum in aquis baptismatis; & Dei mei sanguine ablutus; ego pro quo ille factus est Homo; pro quo ploravit, ac preces effudit; ego pro quo atrocissima subit supplicia, mortemque crudelissimam; ego pro quo Sacramenta totidem veluti gratiarum, ac benedictionum fontes instituit, pro quo corpus suum nunquam coeleste ferculum, & verbum suum tanquam legem, & normam reliquit, nullam sane rationis speciem nancisci possem, quam sceleribus meis praetererem. Ignorantia me excusare non potest, satis enim, superque noveram, quid mihi faciendum esset. Neque per impotentiam, aut infirmitatem peccavi, cum multo plures gratias obtinuerim, quam quae satis essent, ut tentationibus adversarum. Poteram, ubi necessitas adesset, ad Ecclesiae remedia confugere, poteram in precibus invenire vires, poteram me Sanctorum, aliorumque piorum hominum Exemplis excitare. Sed quia ex his omnibus rebus fructus perciperem, quin tot considerationes adeo justae, & rationabiles me coecere, ignavissime animam meam Demoni tradidi. Aditus sum ipsum fidei lumen extinguere, ut liberius peccarem; beatam immortalitatis spem abicavi, ut vitae hujus voluptate perfruerer. Sermo manuscriptus.

Peccator non solum quatenus homo, verum etiam quatenus Christianus in seipsum sententiam feret, cum animae suae statum detegens ibi duo inveniet inter se prorsus opposita, fidem videlicet Sanctissimam, vitam vero eriminiosissimam. Hocine illud est quod eredit, hocine quod feci? Christianus ego ne eram? an non eram? si ex cognitionibus meis judicium ferendum est, eram quidem; si vita a me instituta confutanda est, non eram profecto, sed me miserum! quid dico? eram fane; titulus enim peccatoris, eum non delevit characterem, quem in Baptismo receperam; neque reprobi qualitas efficit, ut eodem exuter; illum gessi, & adhuc gero, sed ut majori pudore sustinendam. Christianus eram; sed ideo eram, ut Evangelium proderem, ut fidem, quam profitebar, dedecorarem, ut Ecclesiae suam in quo efformatus fue-

ram discerperem, ut Sacramenta, vel sacrolegio abusu polluerem, vel adfectata pietate desererem. Eram, ut Sapientis politicae ratione simul viverem; eram & adhuc sum; hoc est quid sum, & fidelis, & Dei inimicus; & Christianus, & Christianae legis perfractor; & Christianus, & vas irae, atque abominations. Hincine erat fructus adeo sancto, adeoque Augusto nomine expectandus. Pater Girouss Sermon de extremo Judicio.

Admirabilia sunt Christiani hominis privilegia, quippe Dei ipsius domesticus est, in amicum ipsius numero adscriptus, immo feliciter Dei Filius effectus, Regni aeterni particeps; inutritus, ut cum JESU CHRISTO, cujus membrum est, unum & idem mysticum corpus efficiat, atque per hanc unionem divinitus cum adorabilibus Sanctissime Trinitatis Personis conjungatur, & naturae divinae ipsius particeps factus. Christianus Patrem habet Deum, atque magis certum est, Deum nostrum esse Patrem, nosque illius esse Filios, quam verum sit, naturalem parentem, a quo geniti sumus, Patrem esse nostrum, & nos Filios ipsius. Dei Filius fratres suos nos vocavit, Pater aeternus nobis suum Spiritum Sanctum tribuit: Angeli, sublimes illi Spiritus, Coelestes Principes nobis famulantur. Vita Christiani est vita supernaturalis, & vitae JESU CHRISTI continuatio. Haec ea sunt, quae Dominus in nomine Christiano operatur; & liquidae fingi potest gloriosius? hoc de causa Apostolus Christiani gratiam vocat mysterium praeteritis saeculis atque generationibus absconditum, & hac ipsa de causa hac gratia incomprehensibilis JESU CHRISTI divinitus nuncupatur. Liber titulus Christianus incognitus.

Omnia nomina, quae in Evangelio Christifideli tribuuntur, satis ostendunt, ipsi in perenni sensuum suorum mortificatione vitam esse ducendam. Modo enim crucifixus vocatur, modo mortuus, modo viator! quocumque in sensu consideretur, seu crucifixi, seu mortui, seu viatoris, semper Christianae mortificationis necessitas innoscitur. Crucifixus de terra suolatus est; oculos habet, sed nihil eorum videt, quae aliorum aciem perfrangunt; manus habet, sed immobilis, cor, sed insensibile. Mortuus, hominis tantum speciem habet, non Spiritum, non cor; exteriora, non interiora. O admirabilem Christiani Viri figuram! supra terram elatus est; sensus illius insensibilis fuit; nulla re afflicti, nulla movetur, exteriorum quidem Adversitatem praesertit, interiora vero sunt JESU CHRISTI. Denique viator, qui longum, difficile, & periculosum iter festinanter ingreditur, nupiam moratur, ut suis sensibus satisfaciat; nullibi cum voluptate quiescit, & in id unum intentus est, ut ea evitet pericula, quae in praecipiti stadio frequentur occurrant. Specimen Sermonum pro Quadragesima. Sermo pro Dominica prima.

Statim ac augumentum hunc Baptismi characterem induimus, nobis praecipit JESUS CHRISTUS, ut legi suae studeamus, eique omnes actiones nostras conformemus. Neque solum Dei Filius ea docet, quae petit ex nobis, sed nos ipsi solemnes promissiones proferimus, quae si bene intelligantur, praecipua Christianae religionis dogmata complectuntur. Recordemur baptismatis nostri: plures ad id impellunt nos causae. Hoc ob gratitudinem debemus; ibi enim pretiosam gratiam recepimus, cujus oblivisci non possumus citra ingrati animi vitium. Nostri baptismatis tempus finis est nostrae calamitatis, & servitutis. Praeterea vero baptismum recogitare debemus, ut cordibus nostris dogmata imprimantur potissima Religionis nostrae dogmata, quae nos promissimus feceramus. Lamberti in anno Evangelico Homilia 75.

Christiani omnes quodam in sensu aequales sunt. Inter nos Apostolus inquit, unus Spiritus est, una spes, unus Dominus, una fides, unus Baptismus. Illud de quo gloriari debemus, aequale in fidelibus omnibus invenitur. Si quod discrimen, vel aliqua distinctio habenda est; haec ipsius Religionis principis debet innati. Si Christianus aliquam praerogativam habere debet praerogativam, haec una esse potest, quod nempe diligentius Evangelicis leges observat. Dives, qui JESU CHRISTI sequitur precepta, praestat pauperi, non quod dives, sed quod est JESU CHRISTO fidelis; Pauper, qui se in suo statu sanctificat, toto Caelo superat divitem, qui suis abutitur opibus, atque vitam ducit Evangelicis praecipit abnormem. verbo; in terris nihil majus est nomine Christiani, & terrena quaecumque

Christiani privilegia.

Obligaciones, quas per Baptismum habemus.

que cum hoc sancto nomine collata nullius sunt pretii, ac nullo in honore habenda. O saeculi Potentes! tunc magni eritis cum temporalia haec bona vestra contemneris, ut in vobis Christiani qualitate dumtaxat in pretio habeatis. Pauperes terrae consolamini! pares estis divitibus, atque potentibus saeculi ea in re, quae in ipsis est pretiosissima. Quod vobis inquit, nihilum est; contulit vobis Deus, quicquid magnum est in mundo, & quicquid Christianum beatum efficere potest. Idem.

Spiritus JESU CHRISTI semper est idem, & Christianissimi gratia semper eadem; verum haec gratia, quid in vobis operari potest, nisi quod ipsa in suo fonte est? optimum quidem, sanctumque est frequentius rescindi Sacramentum, recitare preces, divinis interesse officii, & egeas ferre opem: verum licet haec omnia fiant, nisi tibi metipsum abrenunciaveris, si terrena adhuc amaveris, adhuc longe a Dei Regno distas. Harum rerum contemptus, S. Bernardus inquit, praecipuum est Christiani character, praecipuum Christianae vitae fundamentum, adeoque necessarium (idem ait); & nobis praesertim potius nunquam exitisse, quam herere saeculo, & saeculi desideris, quae nos separant a Deo, quod maximum est, quod homini Christiano malum possit accidere. Auctor Apocryphus.

Jubet Apostolus modestiam nostram omnibus hominibus, omnibus in locis, & coram personarum omnium generibus esse notam, cupitque, ut verba, gestus, agendi rationes, habitusque nostri id, quod sumus ostendant, atque nosmet distinguant ab Infidelibus, quorum sermo, ratio, mores, indumenta, vanitate praesertant. Sed pro superbi! quam latus hic congerendi pateret campus, cum adeo parum in JESUM CHRISTUM agnoscimus! quam partem habet ille in conversationibus, in coetibus, in consiliis, in adionibus, & in omni nostra vivendi ratione? Quae unquam nota ab Ethnicis, atque Infidelibus nos distinguere potest? adfectus vitam, mores, ornatus, consuetudines illis simillimas, & quantumvis doceat JESUS CHRISTUS non esse nos de hoc mundo, quocumque tamen pretio de mundo eodem capimus esse. Liber, qui inscribitur, Christianus incognitus.

Saepe cum S. Leone Papa exclamare cogor, o Christiane, agnosce dignitatem tuam. Hoc lege repetere tenemur: fidelium plerique nesciunt, quid sibi velit, Christianum esse. Consideremus ea, quae inter homines sunt; generatim in omnibus populis maximum intuebitur curam ad eam tuendam dignitatem, quam ex generis sui nobilitate percipiunt; in hoc honoris aspectu statuunt; in hoc gloriantur; lites aguntur, certamina ineuntur, nihilque intentatum relinquunt, ut huic honori consulatur: nos vero quanti facimus praeratiissimam Christiani dignitatem; nos, qui, ut i. Petr. c. 2. populus acquisitionis; nos qui Reges sumus, Regnum quorum longe excedit imperium maximum hujus mundi Regum, quorum gloria cum vitam ipsa deperit, cum Christianorum Regnum nullum sit unquam finem habiturum? O magnam fideliolum insensibilitatem, qui praclaris, & gloriosis qualitatibus hinc, quae ipsam Spiritus Sanctus commendat, nihil magis moventur, quam si inania essent commenta, aniles fabulae. Quid unquam sit, ut dignitatem nostram tueamur, & ne turpiter degeneremus a nostrae conditionis nobilitate? quam facile esset mundi hujus honorem contemnerem? si veram Christianae nobilitatis gloriam intelligeremus! In hac nobilitate gloriari debet Christianus, quoniam gloriae hujus mundi particeps esse debet, cum ob Christiani qualitatem toto Caelo super illam exstat. Idem.

Verene dicere possum, me esse JESU CHRISTI discipulum? Divinus ille Magister me talem agnoscit? ullamne mundo jus est pro me vindicandi? quanam sensus mei sunt de honorum contemtu, de voluptatum vanitate, de bonorum creaturum fragilitate, de affectu cum victoria de obrenunciatio Evangelii praecipit? nostro nomine fuit institutus unum omnium mundi vanitatibus, atque sacrumque contra hunc confirmavimus? nos vestri vivendi ratio fidem nostram mentitur? mores nostri susceperant Religionem commendat? Christiani sumus: igitur JESUS CHRISTUS noster est Legislator, nostrum Caput, Dux noster: quorum ergo tot considerationes requiruntur, ut ad eum sequendum impellamur? quorum illam

Houdry Bibl. Tom. I.

semper non sine vi, saltem cum negligentia sciamur? Pater Croiset sors. 2. de ses Retraites.

Illi, qui mundo inherere, nisi omnes industriae suae nervos contendant, ut cor suum a terrenis rebus divellant, Baptismo abrenunciant. Nequaquam interdictum est illis in mundo vivere; sed eundem amare non possunt; nisi quamdam perjurii speciem committant. Ad Christianam Religionem vocatio in hoc posita est, S. Augustinus ait, quod vel effectus, vel saltem affectus ab hoc saeculo recedamus: quomobrem Tertullianus fidelibus dicebat, ubicumque sitis, sive in urbis, sive in desertis, amplius in Mundo non estis: nihil refert, ubi sitis; extra saeculum estis. Quod si verum est, eos etiam, qui in saeculo versantur, efficere debere, ut in animabus suis saeculum moriatur; quis audebit dicere, homines Deo devotos, & qui propter statum suum magis, quam ceteri a Mundo abhorreere debent, ad eum relinquendum minime teneri? Pater de la Colombiere Sermon pro Sanctae Monialis cujusdam Vestitione.

Fidelis in aquis baptismatis regeneratus est quodammodo plantatus in morte JESU CHRISTI, & velut infusus Crucis equidem: complantati similitudini mortis eius. Sed quod ita sit in ordine gratiae, longe differt ab eo, quod in ordine naturae contingit. In natura, infundendo germen aliquod silvestri arbori efficitur, ut suaves, optimique fructus ferantur: in gratia vero Christianus infusus Crucis, vel Crucis Christiano infusa amarus tantum fructus producit. Christiano nulli in hac vita flores sunt, fructus nulli, in altera tantum eos operiri potest. Nulla pro ipso voluptates sunt, sed tantum lacrymae: beati, qui lugent; nulla pro ipso in terris rerum copia. JESUS eos tantum beatos dicit, qui sunt pauperes Spiritu, & corde. Morale Dictionarium in considerationibus in bacchanis.

Mundo, & pompis ejus per baptismum abrenunciatis: hoc solemniter coram Sacris Altaribus promissis, vestra fides sponso fuit, Ecclesia vero sequester; neque admitti, adscriptique fuit in fidelium nomenclatura, nisi quod praestis, vos nunquam vel mandum, vel quae sunt hujus mundi, esse amatos. Si ad Sacrum fontem Sacerdoti interroganti respondissetis volumetiplos vobis reservare jus adhuc paululum, & mundum, & dogmata ejus amandi; Ecclesia nequaquam vos suo iure excepisset, communioni fidelium non associasset, Christianorum dignitatem non contulisset, sed reliquisset, ut viveretis apud Infideles qui mundo famulantur, qui ab uno illo praemia expectant: ita, qui JESUM CHRISTUM, & Sanctissimam hujus Religionis privilegium ignorant. Cum mundum tantummodo agnoscant, licet illis mundum tantummodo venerari, ideoque Gatechumen ad mortem audeant Baptismum suum differant, neque in vita audeant ea promittere, quae violare adeo terribile est. Debetis ergo hanc mundum odisse, hoc est non conformare vos illi, vel nequissimi praecipit illius; si haecenus illius bona, voluptates, obiecta diligitis, si illius leges, utas, moresque sequimini; promissiones vestras infringitis, vestraeque fidem abjuratis. Pater Massillon Sermon de exiguo Electorum numero.

Recogitate ea, quae ex vobis quaesita fuerit, cum per aetatem intelligere non possitis, & vos ipsi nunc respondete iis, quibus alii pro vobis tunc responderent debuerunt. Animo fingite aliquando, Salvatorem ita audire interrogantem: abrenunciastis Demoni? ubi hoc Demonis nomen audiveritis sine explicatione, non heredit aqua: sed cogitate Demonem hujus mundi Principem subditos suos invitantem, ut sensuum voluptates desunt, sollicitae opes querant, omnes modestie, atque pudoris leges abiciant, superbie & voluptatis leges sequantur. Nunc autem cum Demonem cognoscitis, illine abrenunciastis? Illi, ac pompis illius pro te abrenunciatum est; hoc est ornatus, luxu, immodestie indumentorum, consuetudini, confessionibus, magnificis, atque superfluis sapellitibus. Hinc abrenunciastis? abrenunciastis operibus Principis hujus mundi? Choreis, spectacula prophana ac periculosa, alex, ubi de magna auri viagitur, satis palam ostendant aliquem esse Demoni devotum; haec illa sunt opera, quibus olim foemini abrenunciastis, & quae hodie palam exerces, & nihilominus te Christianum putas? & Christianum vitam ducere existimas cum vitam ducas instituto tuo prorsus oppositam? Auctor Neotericus.

Christianus tantum homini praestat, quantum dignitas.

